

Werk

Titel: Ad Emin. et Rev. principem Carolvm S. R. E. Card. Rossettv[m] Episcopvm faventinv

Jahr: 1646

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN367611805

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611805>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611805>

LOG Id: LOG_0173

LOG Titel: De Cornice Frugivora. Cap. III.

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN367611716

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN367611716>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=367611716>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

10 Quod ne faciamus sapienter monet Horatius eodem planè cornicis exemplo:

*Ne si foris sua repositum veneris olivam
Rex autum plumas, moueat Cornicula risum
Furtivus nudata coloribus, &c.*

Alius apologus est de cornice cum Hirundine depulchritudine contendente. Cui nempe perzinacius speciem suam laudanti, respondens cornix dixit. Sed tua pulchritudo verno tempore floret, meum verò corpus etiam hyeme durat. Fabula significat durationem corporis, decore meliorem esse.

F A B V L O S A.

20 **C**oronis, alio nomine Arfinoe, Nympha fuit Phlegyæ, vel ut alij tradunt Leucippi filia; quæ ex Apolline Aesculapium peperit, eam coruus sacra Apollini auis quom deprehendisset cum iuvene quodam Aemonio Alati filio, cui Ischydi nomen erat, rem habentem, negotium ad Apollinem detulit. Quare Apollo iratus eam maturo iam partu sagittis interemit factiq. tandem pænites, quom illam ab inferis nequiret reuocare, dissecto utero conceptum ex se infantem eduxit, eumq. Aesculapium appellauit, & Chironi Centauro educandū tradidit. Vnde Coronides Aesculapius à matre dicitur, cuius etiam Homerus meminit. Fabulam hanc ex Ouidio posuimus in coruo, quare eò lectorem ablegamus. Aemelesagoras Atheniensis, referente a Antigono Liberali, qui Atticæ descriptionem condidit, negat ad arcem Atheniensium aduolare Cornicem; neque esse ait vllum, qui dicere posset, se id vidisse. Causam verò fabulosam refert. Mineruam Vulcano in matrimonio traditam, cum eundem cum ipso intrasset lectum euauuisse, Vulcanum in terram concidisse, ac semen profudisse, terram deinde Erichonium edidisse: huncq. à Minerua enutritum, in cistam inclusum, traditumq. Cecropis filiiab Aglauro, Pandroso, & Herfæ, ut affererent, mandatumq. ne cistam ante suum aduentum aperirent, ipsam ad Pellenem abijisse montis apportandi causa, quem propugnaculi loco, ante arcem collocaret, Interim Aglauron, & Pandrosion cistam aperuisse, & conspexisse circa Erichonium, duos serpentes. Mineruæ montem ferenti, cui nunc Lycabettus nomen, obuiam factam cornicem, & renuntiasse detectum esse Erichonium. Deam hoc audito, motem eo loci, ubi nunc est situs, abieciisse, cornici autem ob malum nuntium dixisse, nefas esse eam in arce intrare. Hanc fabulam b Ouidius quoque his versibus expressit.

*Quid fuerim, quid simq. vide, merisumq. require,
Inuenies nocuisse fidem. Nam tempore quodam
Pallas Erichonium prolem sine matre creatam
Clauferat Actæo tecta de vimine cista,
Virginibusq. tribus gemino de Cecrope natis
Seruandam de derat, sua ne secreta viderent,
Abaita fronde leui densa speculatur ab vno,
Quid facerent: commissæ dua sine fraude uentur
Pandrosos, atque Herfæ timidæ vocat vna sorores
Aglauros, nodosq. manu diducit, & intus
Infantemq. vident, apporretitumq. Draconem,
Actæa Deæ refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, vs dicar tutela pulsa Mineruæ
Es ponar po si noctis auem, mea pena volucres
Admonuisse posse, ne voce pericula quarant.*

Coronidæ
fabula.

Aesculapii
Coronides
dicitur.
a L-de cōg.
mir. Nat.

b 2. Meta-
morphos.

DE CORNICE FRUGIVORA. Cap. III.



CORNICYM species descripturi Frugiuoram primùm in manus sumpimus, quòd hæc Cornici ita propriè, & absolutè dictæ vndique similis sit, præterquam rostro: præterea quia Cornicem variam, ut & illam veram antiquorum magnitudine superet.

Ordo.

SYNONIMA.

H Ané cornicis speciem Aristoteles *Σπερμολόγος* ab esu frugū, alij *Σπερματολόγος* appellarunt. Latini Græcam vocem vertentes, Cornicem frugiuorā, Frugilegam dicunt, eò quòd præter aliarum morem frugum tantum semini videtur. Graniuorā vocat Longolius. Gallis Freux, detorto vt videtur Bellonio à Latina nomenclatura Frugilega, vocabulo. Quæ verò alia Gallica nomina adfert a Bellonius, minimè huic Frugilegæ commo-
a Lib. 6. de petunt, sed Graculo, quem perperā cū Frugilega confundit, vti pòst faciēti palām. Ea sunt
Ant. c. 3. Graye, & Grolle, quas res ipsa à Latina voce (Graculus) formatas loquitur, præfertim postea.
Bellonij et riorē. Nam Graye, quod etiam cornici propriè dictæ commune vocamè est, Germanicæ potiùs
ror. appellationi, quæ est Craey videtur debere originem. Hanc auctem Albertus quoq. cum Graculo confundit, hunc in modū, sed sine auctore scribens: *Cocix* (quæ vox duplicata littera c, *Albertij et*
ror. Cuculū sonat (*Latinè appellatur auis, Cornice maior, rostro magno, & albo iuxta caput, vbi naris sūt,*
& à quibusdā Graculus appellatur, Germanicè Touch, pro qua voce Ornithologus Rouch te cū legit; sed facile agnoscitur de cornice hac illum loqui. Nam & hanc eodem Bellonio teste Gallicum vulgus Corneille, id est, cornicem vocat, haud omnino, vt ipse opinatur, malè, generico nimirum nomine, cum reuera sit ex cornicum familia, cui voci vniuersali, qui (Sauluagè id est, syluatica, aut syluestris potiùs) addunt, meliùs faciunt, & proprio additamento eam ab alijs distinguunt, quòd hæc in agris potissimum degat, neq. in vrbibus circa ædes, aut sterquilina, cloacasque more cornicum propriè dictarum versari conspiciatur. Apud Germanos Rouch nominatur, fortè, vt Ornithologus non ineptè coniecit, à rostri scabrioris asperitate, quod huic generi peculiare est. Omne autem scabrum Germani Rauch, vel rauch vocant, Belgæ paulò secus Een Roeck; Angli hisce acceptum ferentes Roock nomen ei indiderunt, 30
Rouch. Hollandis priuatim dicitur een Koorekraey, quasi cornix frumentiuora: quoniam in eiusmodi agris degat plurimum.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

E Cornicum indubiè genere est, sed hoc à vulgaribus differens, quòd maior sit, & rostrum non, vt illæ, vndiquaq. atrum, sed albicans obtinuerit, immundis, aut morticinis prorsus contra aliarum morem sibi temperet, frugibus potissimum contenta; cæterorum cornicibus veris similis. Nō esse verò Graculum, vel ex eo manifestum est, quòd Graculum a Aristoteles *κολοιβν* vocat, hanc verò separatim *Σπερμολόγος*. Præterea Graculus cornice minor est: Frugilega verò media inter coruum, & cornicem magnitudine, Graculus totus niger est, Frugiuoræ vel rostrum saltem albescit. Vnde, vt cætera discrimina omittam, apertissimè hallucinatus Bellonius conuincitur, qui has aues easdem ratus non distinxit, Frugilegam pro Graculo pictam nobis obrudens. 40
a Li. 9. Hi
Hor. c. 24.
Spermolo-
gi. & Grac-
culi differ-
rentia.

FORMA. DESCRIPTIO.

DE magnitudine iam dictum est. Color uerò totus excepto rostro, quòd albicat, planè niger est, Icon ex Bellonio desumpta est. Nam eiusmodi cornicem Italia, quòd sciam non alit. Iconem habes in sequenti pagina.

VICTVS.

FRugibus maximè inhiat, neq. terræ interim lubricos aspernatur. a Polyd. Virgil. hoc auium genus Angliæ masculicū esse tradit, & tñ eò cōseruari, qm̄ lubricos quibus terra illa quòd hu-
a Li. 1. Hi
Hor. Angl. midior est, eò magis abūdat, deuoret; alioq. qd̄ ex altera parte multò plus noceat, nō modo maturas fruges deuorās, sed cū nascunt, rostro semē euellēs, sic ut agricolæ necesse habeant p̄ idē tempus



tempus, locare pueros per arua cum arcubus, quando voce non deterrentur, qui eas abigant. Et quia Ardea solet in earum nidis postea nidulari, itaque eiusmodi infelices aues circa villas nobilium, qui Ardearum aucupatu delectantur, in summis arboribus, quibus villæ ipsæ ventorum flatus vehementiores vitandi causa, circumseptæ sunt, impunè nidos faciunt: atque ita genus durat cum magno agriculturalum damno. Quare memoria nostra in principium concilio sancitum est, ut eiusmodi cornices modis omnibus funditus extinguerentur, constituto etiam pretio illis, qui eas necarent. Hæc scribenti Ioannes Cornelius VVteruetus Batauus M. D. Batavico modo Cornices abigant. cuius opera in hac nostra Ornithologia plurimum usus sum, cornices hæc narrabat in sua Batavia maximè similiter damnum agricolis inferre, adeo ut non minus, quàm Angli, summa diligentia, voce nempe primùm dein arcæ vel ferrei ad hoc munus duntaxat concinnati crepitaculi molesto atque obstrepero sonitu, postremùm coniectis in illas lapidibus fugare eas cogantur.

gantur. Plurimos etiam agricolas, quibus uel famuli, uel pueri desint, alio astu ad pellendam eiusmodi pestem uti dicebat: quosdam nempe ajatas molas, quæ vento perpetuo circum agitur, insigni artificio fabricare, quarum continuo, eoque molesto sonitu pauore aubus incutiant, accessumque earum ad agros prohibeant: alios uero laruas, seu terriculamenta, μορμολυκείας Græci vocât, Itali Sporacchios, per agros ubiq. collocare, & rustico habitu induere: quas ille rusticos esse suspicantes, ab agris eorum abtinent.

DE CORNICE CINEREA. Cap. IV. SYNONIMA.



Anmaria
dicenda.

VAM pro tertia cornicum specie describimus, Σποδός κρινος reatè à quibusdam Germanis Græcè dicitur, quasi visu cinerea, ut Plinius loquitur, seu cineris speciem gerens: quo sensu alibi cinericam terram, uel rusam, id est, cinerei coloris appellat: & Aristoteli σποδός κρινος color est visu cinereus, seu color cinereus, ut Plinius hêt uel ut alijs placet, color ex cinereo albicâs. Eodem

modo istæcauis cornix cinerea Latinè uocari potest. Turnerus meo quidem iudicio parum rectè marinam appellat. Quamuis enim circa littora quandoque degat, non potuit tamen ex ita leuiratione marinam uocare: quoniam, & primum genus eadem loca incolit, quâ nemo tamè idcirco marinam dixerit: uerùm rectè quibusdam hybernâ dici addidit. Galli tamen indifferenter, sed sine ratione, & uilla auctoritate teste Bellonio, marinam cornicem etiam nominât: cùm alioqui cornix marina, ut suo loco, Deodante, patebit aliquando, ab hac toto, quod aiunt, cælo discrepet. Qui uerò cornicem uariam nuncupant, ij à Belgis, quibus Bontekraey dicitur, 30 nomenclaturam mihi detorsisse uidentur; si quidem bont, ut audio, Belgis uarium, & Craey cornicem significat: quod sanè nomen aui à coloris uarietate, quæ potissimum ab alijs cornicibus distinguitur, inditum est, partim uidelicet cineræ, partim nigræ. In superiori Germania Schiltkraey, & Nabelkraey dicitur: Italis Mulacchia, & Munacchia, sed rectius fortè Monacchia ab æmulo monachicæ uestis colore, albo scilicet, & nigro: Gallis Corneille Emantelee, non autem Corneille Sauvage, ut Ornithologus existimat. Belgis item een Vuinterkraey, hoc est, cornix hyemalis, seu hyemis nuncia: unde apud eos, uti etiam apud Vvestphalos tritum sermone, prouerbiū est, vna cornix non facit hyemem: cui illud Græcorum respondet, vna Hirundo non facit uer.

Bötecraye.

Schiltkraey.

GENVS. DIFFERENTIÆ.

HANC cornicem tertium cornicum genus facimus, cùm ob uocem cum alijs communem, tùm quia in eisdem locis, in quibus primum genus hyemali tempore degat, ac uelut semper sociata sit, eisdemque quibus illa uicinitet. Spermologo minor est, & coloris uarietate à nigra facillimè dignoscitur.

F O R M A.

Magnitudo
Color.

Magnitudo huic cornici cum nigra cornice æqualis est. Caput, collum inferius, mentum, rostrum, alæ, cauda, crura, admodum nigra, qui tamen color in mento, rostro, atque illa parte, quæ supra stomachum est, tanquam setis quibusdam teeta multò intèrior est. Dorsum totum, collum superius, alarum latera, nates, & totus ferè uenter cinerea, unde Emantelee Gallis teste Bellonio, qui optimè eam descripsit, appellatur. Ornithologus totum collum, & alarum latera perperam nigra esse scripsit. Icon proximâ paginâ sequitur.

